

57

D. P. G.
DISSERTATIO
EXAMEN

ANIMADVERSIONUM
PSEUDONYMI CUJUSDAM

DE

HYPOTHESI
DIMINUTIONIS
AQUARUM

SISTENS,

CUJUS PARTEM PRIOREM,
Consentiente Facult. Philos. in Reg. Acad. Aboensi,

PRÆSIDE

D. N. PETRO KALM,

Oeconom. PROF. Reg. & Ord. Reg. Acad. Scient. Svec.
atq; Soc. Litt. Upsal. MEMBRO. nec non Fac. h. t. DEC.

PRO LAUREA,

In AUD. MAJORI Die XXVII. Julii Anni MDCCCLVII.

H. A. M. S.

Publicè disquisitioni submittit

JOHANNES BROWALLIUS *j.f.*

OSTROBOTNIENSIS.

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL.

Gavas Australy 17. f.

**

FRANSISCI de VERULAMIO Instauratio magna p. 7.

*A*edificium autem hujus universi, structura sua intellectui humano contemplanti, instar labyrinthi est; ubi tot ambigua viarum, tam fallaces rerum & signorum similitudines, tam oblique & implexae Naturarum spirae & nodi, undequaque se ostendunt.

Högtårade Broder.

Up til drons Tempel wandra,
Esterströswar fram för andra
Swea ungdom, värda lins
I så sön Gudinnas hus.

Wägen är väl hård och stenig,
Saken hvarom täslas berig;
Lörne nåstan öfver alt,
Som en olyks- stund beslät.

Dinpa watten på omrivaalla,
Stundom så wi, stundom falla;
Mellan lyckans död och lif
Swästa våra tidsfordrif.

Knapt en Sol vårt nöje bådar,
För'n et mån vid henne lädar;
Afwunds. Undar i hvar vrå,
Såsom stygga Spöken få.

Snart et fält för ögat grönstkar
Af all fägring hertat bnskar;
Snart bland kahla Berg och Skär
Smider ödet vårt besvar.

Dygden os vid handen leder,
Voswar sna Wunner heder,
Men så får dock mången Klof
Så tilbaka för en tok.

Ofta händer at wi sieliswa
Up och ned på saken hvälswa;
Adams Söner hafwa fådt
Brister til sin arfve- latt.

Men mer ofta stal vår lycka
Gå, som andra blindvis tycka,
Hvilka uti sin conclave
Skapa Sudar, Trål och Slaf,

Sådant kan dock ej förtaga
Dem som efter mählet jaga,
At fast wägen giöres träng,
Hälla fram sin gilla gång.

De undvika tiden giller,
Dundstans illgrep, honnes griller;
Weta at Försynens hand,
Minsta Farthy för i land.

Weta at fast wädren rasa,
Och injaga solcket fasa,
Kan war Styrmän när han wil,
Sluta deras Bonar til.

Han kan Snaror sänderriswa;
Han kan mäl för afvund riswa;
Han kan med et ögnablick
Wända hela verldens stek.

Honom de sin sak besfalla,
Gå dit dran wil dem falla;
Sättia handen vid sin Plog,
Se i himlen; det är nog.

Eder Far, et stort Exempel,
Arad nelf i årans Tempel,
Värde för'n han hinte dit,
Hwad den Wägen kostar flit.

Kostar waktanhet och möda,
Ofta nog för ringa gröda,
Sedan Evas sega smak
Skämde bårt vår goda sak.

Han sin del med omsorg stötte,
Dundstans hinder warsamt mötte;
Vejste at en Swänster blod
År i alla väder god.

Grafde ej sit Hundi i jorden,
Spridde frukt kring hela Norden,
Lände stora Sannings-Blaß,
Som med nyttå lysa öj.

Wiske ulsven sina tänder,
Bröt han dem med bara händer;
Värde hjorden at hon än
Gafnar honom som sin Wän

Hvad naturens under dölgde,
Han med starksynt öga földe,
Och ur gömman fölte fram
Deras ursprung, rot och stam.

Han bröt berg med sina tanckar;
Matte diup dem intet ankär,
Hade hunnit mäta än,
Blef fördenfull Ahrans wän.

I, en telning af den stammen,
Reser vapen mot den stammen,
At bli sämre än Er Far,
Som så stor Island op var.

Eder början redan wisar
Wärk, som Er sin Wärk-Man prisar,
Och at intet felar mer,
Som alt hopp til Ara ger.

Mina löf de börja falla;
Men jag ålskar likväl alla,
Som i Wärrens Blomma stå,
Och få wacker tilwext få.

Denna väfnad af Er Spåna
Utom Er ej tarfarar lana,
Rågot til sit Mesterbref.
Det man re'n i wagjan skref.

Då med födseen list Minerva,
I påk från Er Fader ärfva
Arten af hans hierne-warf;
Tacka Gud för detta arf.

Lycka til at det förrånta,
Då må Niket sakert wanta
Uti Er så godgill Man,
Som vår önskan fylla kan.

Lycka til at Er förkofra,
Och ur lärda skrifter fösra,
Kärnan, som i fruktbart land
Edna bör en idog hand.

Lycka til at grenar sprida
Som i Lärda Werlden wida
Öka ryktet, at vår Nord
Ulsven är för Snill-bragd gjord.


Lycka til at lyckligt friida
Med de magter, som ej lida
At et hweke må med ro
Jämte deras tisiel gro.

Magter menar jag som skilia
Sig ifråu förmistets wilja,
Magter hvilkas Tyranni
Lämna ej den båstia fri.

Lycka til at se den stranden,
Der Gudinna är för handen,
At med med Lager mäta Er,
Til's en högre ara sfer.

Di Er framtid lär förtälja
Hvad de Kloka Kloka välia,
Säsom prof af wahrans hält,
At wär ända kröner alt.

JACOB NEUMAN.
Astellen i Åbo Hof-Rätt.



D. D.

Nter controversias, quæ maximam orbis eruditum excitat-
runt attentionem, sane censem-
da est illa, quæ de *diminutione*
aquarum nostris præcipue tem-
poribus agitata fuit. Neque hy-
pothesis, quæ aquas decrescere
statuit, inter insipidas illas, a qui-
bus homines primo intuitu avertuntur, referri debet.
Vix enim nata erat, dum turba fautorum circumda-
batur, quorum opera circa illam nutriendam atque
divulgandam omnimode versabatur, qui que argu-
mentis ex Historia, Physica & Historia Naturali de-
sumtis eandem stabilire, aliisque gratam reddere o-
mni nisi conati sunt. Neque hoc sine successu;
magis enim magisque phalangem suam, novis additis
armigeris auxerunt, ita ut mirandum prorsus sit, tot
viros ingenio atque eruditione præclaros huic hy-

A 3

pothe-

pothesi suum non dubitasse adjicere calculum. Attamen, ut omnibus fere hypothesibus accidit, suorum neque expressis fuit adversiorum. Hi ex iisdem fontibus argumenta ad confutandam illam petierunt, quibus cæteri ad eandem probandam & corroborandam usi sunt. Sed instituti ratio pluribus de hac re mentionem facere nos vetat. Qui igitur succinctam & sufficientem controversiæ hujus maxime notabilis desiderant cognitionem, eos ad librum beat: *Patris nostri sub titulo: Betänkande om wattuminskningen &c.* nec non ad dissertationem D. *Professoris GEORGII a:o 1751. editam, historiamque controversiæ recens mote de antiquitate regni Sviogothici exhib.* missos volumus & ad tractationem materiæ, quam nobis proposuimus, jam propius accedimus.

Edidit anno proxime vergente Pseudonymus quidam animadversiones nonnullas in hypothesin diminutionis aquarum, sub nomine: *Tynder Hakesons anmarkningar öfver wattuminskningens satzens förhållande och beskaffenhet i anseende til uppenbarelsen eller den Heliga Skrifte.* Has inseruit Dn. GIÖRWELL libro suo *Svenska Mercurius* dicto pro anno 1756. mens. Julio & Septembri, partemque harum ipsarum dissertationem Gradualem edituri, qua unquam fieri potest brevitate, ob summam temporis angustiam, examinandam constituius, reliquas V. D. alia occasione examinaturi. Hunc laborem eo potiori jure nobis peragendum sumimus, quo certius est, dictum Pseudonymum talem hypothesin defendere velle, (an serio, vel an ludere vult,

vult, nos latet) qualem recte sentientium plerique respouunt. An autem omnia Tynderi cogitata Theologiae revelatae, summorumque Scripturæ Sacræ interpretum placitis consona sint, anque pie, ut Christianum decet, dicta, Theologis discutienda relinquimus. Attamen negare non possumus, ingenii vim haud exiguum in illis prodi, licet in prælenti casu Auctori illud ipsum laudi vix verti debeat. Fas autem est, Lectores nostros amplius non tenere suspensos. Quod igitur reliquum est, eorum æquitatem & benevolentiam nobis expetimus, atque ad examinanda momenta Tynderi nostri properamus.

In §. I. putat Auctor *hypothesin diminutionis aquarum in se esse innocentem, nulliusque male consequentia.* Quærere autem lubet, an ejusmodi hypothesis innocens merito vocari potest, quæ Chronologiam & Historiam sacram destruere conatur; quæ historiis etiam profanis fidem denegat; quæ indubitate experientiae est opposita; quæ in historia Naturali, præfertim Mineralogia, malos varios effectus produxit &c.? Legatur de hac re liber beat: *Patris nostri paulo superius citatus, ubi Auctoris asserti contrarium tam evidenter jam demonstratum est, ut nostram qualemcumque addere symbolam prorsus sit supervacaneum.*

Ad §. itaque. II. progredimur, ubi multis de vi facultate hujus hypotheseos semet commendandi perorat, statuitque illam falsam judicari non debere eam ob
rem,

rem, quod delectet. Istam quoque multarum rerum & phænomenorum caussas detegere contendit, que alioquin sine ejus ope admirationem & stuporem tantummodo excitarent. Contemplatio autem & cognitio qualiscunque naturæ humanæ, eam prorsus esse depravatam satis superque docet, hinc hypotheses malas hominibus maxime & potissimum arridere nec mirum est; quod quidem plenissime innuit, opinionem quandam, quo majori gaudeat vi homines delectandi, eo majore certitudine pollere, minime judicandum esse. Atamen viri, qui hypothesi diminutionis aquarum contraria foverunt sententiam, quantum quidem novimus, non eam ob caussam, sed aliis rationibus certis & apodicticis ducti ipsam condemnarunt. Quod autem alterum Auctoris momentum attinet, parum nostri interest, cum potius admodum sit noxium, phænomenorum occurrentium falsas formare caussas, quod quidem illi, qui decrementa statuunt aquarum haud evitare possunt. Melius etiam esse in ignorantia, quam in errore, vivere, inficiabitur nemo.

Contentum §. III. hoc est: *Si revera falsa esset hypothesis diminutionis aquarum, minus tamen recte facerent, qui talem illam exclamarent, idque eo respectu, quod tam magni tamque celebres viri eidem offensum prebuerint. Religio enim non potest non detrimenti aliquid pati, quando tales homines, qui ab eorum partibus stare solent, sine premisso examine, utrum recte vel minus senserint, ipsos illi esse inimicos vident. Neque heic locum babet refugium il lud, quod magni illi viri prævidere non potuerint, hypothesis in banc*

banc religioni esse contrariam; præsupponere enim necesse habemus, vel minus sufficientem religionis eos habere cognitionem, vel nimis segnes esse ad hypotheses suas cum eadem comparandas, vel denique hebetiore oculo eos rem intueri quam ut conjectaria illarum cernere possint. Sed ut nostram jam dicamus mentem, tot forsitan viri præclari hypothesis diminutionis aquarum adversarios, quot unquam ejusdem patronos & fautores, se se declararunt. Hoc posito, nullam videmus rationem, cur his magis quam illis cedendum sit. De cætero tales vix alibi, quam in cerebro Auctoris dari putamus, qui opinionem quandam falsam & religioni suæ nocentem esse licet persuasi, illam tamen assumere non dubitarent. Hoc autem si largiamur, nihilominus supponendum est, ipsos a sententiis, quas antea soverunt, quando illi, in quorum verba jurant, idem faciunt, discessuros. Heic enim jure putare licet, hos ea esse æquitatem, ut opiniones suas relinquant, dum illas religioni nocere cernunt, et si inficias ire non possumus, dari, qui tanta laborant malitia, ut præconceptas, pessimæ licet naturæ, nunquam omittere velint. Quicquid autem sit, melius sane esset, eos rerum ab Auctore allatarum, ignorantie scil. & segnitiei, quam contemptus religionis, reos facere.

Ad §. IV. nos jam convertimus, ubi Auctor hypothesis diminutionis aquarum in compendio, sed in latissimo tamen suo conceptu profert. Statuitur in illa, loco, qui iam solida terra constat, antea aquis inundatos fuisse;

summos montes non tantum eo tempore aquis tectos sed ipsos etiam earum esse factus. Colles terreos (Jordhöggar) mirandi & magni hujus naturæ phenomeni esse vestigia, eorumque equalitatem validissimum originis ipsorum documentum. Hypotheseos hujus, tam late considerata, veritatem se explorare nolle fatur, sed an vel in hac extensione religioni noceat, res est, de qua suum non dubitat manifestare judicium. Diminutionis aquarum hypothesis aliam prorsus recipere faciem putat, si intra regiones tantum nostras boreales aquas decrescere supponatur. Hoc autem statuere nullam sibi inquit esse rationem. Primo heic monere non pigebit, Auctorem quodammodo sibi ipsi contradicere videri. Dum enim explorat, an hypothesis saepius dicta revelationi contraria sit, vel non, insimul necesse habet veritatem vel falsitatem ejusdem elicere. Si enim Chronologiam Biblicam feriat, falsam hanc hypothesis esse tuto concludi posse videatur. Nec opus est fugere ad diminutionem perpetuam aquarum in explicanda origine faciei montium & collium hodiernæ, cum diluvium universale Noachicum ad omnia illa perquam sufficiens sit. Deinde nihil ad rem facit distinctio Auctoris inter decrementa aquarum in solis regionibus borealibus & in toto globo terrestri. Sole enim meridiano clarius est, si prius supponatur, simul posterius involvi, adeoque hos duos diminutionis modos realiter non differre. Si namque in una plaga mare diminuatur, etiam in altera illud decrescere ad æquilibrium servandum necessarium est, cum res sit notissima, experientiaque corroborata, aquam nonnisi ad libellam quie-

quiescere. De hoc plura in libro *Bekräckande om wat-tum ins kningens* §. 18. p. 40. quam instituti ratio nobis afferre permittit, legi possunt.

¶ V. His constat momentis: aquarum decremen-tum phenomenon est naturale, hinc realitas ejus per leges nature, non autem per scripturam Sacram explorari debet. In bac re maxima cum probabilitate dogma illud adhibere pos-sumus: effectus similes, similes etiam caussas supponunt. Hec methodus eventum quendam naturalem explicandi sola vera & justa est, onus cetera, ideoque etiam ille, quas inter-dum in controversia de diminutione aquarum adhiberi vide-mus, suspecte sunt. Aliae hypotheses assumta & tanquam vere premissae sunt; comparatio inter illas, & presentem institui-tur, sicutur contradictionem inter ipsas existere, eoque jure rejici-tur haec. Nos autem putamus, eos, qui hypothesi diminutionis aquarum inimicos se declararunt, non veritatem ejus per scripturam Sacram explorare voluisse, sed solummodo illam huic esse contrariam & postulasse & demonstrasse; quod quidem ex scriptis eorum satis patere arbitramur. Porro videtur Au-tor minorem, quam par est, sacris Pandectis fidem tribuere. Dum enim, ut heic paulo superius legitur, dogmata quædam præmissa & veluti vera assumta esse, eorumque ope hypothesin diminutionis aqua-rum falsam judicari, nec non suspectos esse modos quosdam pro investiganda veritate vel falsitate hujus hypotheseos adhibitos, afferit, haud ægre colligi pot-est, eum de Sacra Scriptura loqui, idque eo facilius, cum in fine §. haec legantur verba, quæ in eodem

sunt contextu, quæque indignationem indicare videntur: *controversia diminutionis aquarum non nature, sed Sacrorum Bibliorum ope direpta est;* cum tamen Scripturæ certitudinem tam in rebus dogmaticis, quam physicis, historicis & Chronologicis, semper venerari debemus. Hinc etiam summi Astronomi, Physici & Historici Naturales, maximam invenere harmoniam inter ea phænomena naturæ, resque naturales, quorum in sacris Pandectis fit mentio, & illa, quæ multiplici labore, multisque observationibus & experimentis, ope solius naturæ luminis investigarunt artis peritissimi.

In §. VI. Malum in pejus derivat, dum methodam quandam venditat, sub specie doctrinæ de rebus, quas non intelligimus judicandi. Hanc in forma artis proponit, eoque res ferias in ridiculum prorsus vertere videtur. Haud insimili methodo non nullos in lite diminutionis aquarum usos fuisse putat, neque non antece dentium cum consequentibus nexu rite perpenso, hoc Auctoris effatum circa S:æ Scripturæ eidem applicationem versari, non patet. Quæ autem hic adfert Auctor, ad multos diminutionis aquarum impugnatorum non pertinent: per plurimi enim illorum ea pollebant & pollut scientia in physicis, Mathematicis & Historia Naturali, qua unquam illi, qui eam defenderunt; unde iiii in veritatem solidis fundamentis innixi, tam bene ac hi inquire facile potuerunt.

§. VII. Adhuc fusius exponit indignationem Auctoris de eo, quod in *controversia lepe dicta revelatio iudex constituitur.* Scriptura Saæra in eum finem edita est,

ut nos Christianos non autem nature peritos reddat. Hinc igitur sapientia Auctoris ejusdem alias res in ea tradi, quam que ad salutem sunt necessarie, permettere non potuit. Verum: Licet finis revelationis sit, nos veros reddere Christianos, haud pauca tamen Historica & Physica nos docet, quibus certe maximam tribuere debemus fidem. Hoc sufficienter lectio veteris Testamenti corroborat, quod multis abundat, quae ad salutem acquirendam cognitu necessaria non sunt. Huic namque fini non inserviunt Tabulæ Genealogicæ & historicæ narrationes, quas in eo invenimus, complures.

§o VIII:æ Ut attentionem nostram jam præbeamus fas est. Si Scriptura Sacra manuductio ad res Physicas non sit, exinde hæc regula sequitur, que in omnibus aliis casibus tam generaliter assumitur, ut incredibile prorsus unicuique videatur, ad istam in Theologia respectum non baberi debere: Que in sacris Bibliis extant res Physica per naturam explicari debent, non autem natura per narrationes & phrases Biblicas. Ratione est: quod sacrarum Pandectarum scriptores tanquam aliud agendo talia inserant, eaque antea cognita supponant. Sic etiam omnes oratores, Poetae & Histórici. Fuere Theologorum nonnulli, qui sacram Scripturam sine ulla Physics cognitione explicarunt. Horum interpretationes temporis successu maximam nactæ sunt auctoritatem. Sed ut antea dictum est, hic iterum observandum, quod fuerint & summi Theologi & Physici, qui ex ipsa Physica & fontibus naturæ res & phænomena naturalia in scripture Sacra allata explicarunt, nec ullam discrepantium realem, sed summam potius harmoniam.

moniam inter Scripturam & veram Physicam inveniunt. Quid? quod ejusmodi veritates Physicæ in sacro Codice investigarunt, quæ recentiorum industriae & inventis tantum adscribi solent. Negari præterea non potest, quod pace Auctoris nostri dictum volumus, tales etiam res Physicas in Scriptura occurrere, quæ per leges naturæ inexplicabiles manent. Harum plurimas videmus, præcipue in historia creationis, de qua in opere Auctoris sermo est. Minus quoque recte asseritur, tanquam aliud agendo talia allata esse; quisque enim videt creationem in primo Genesios capite ipsam materiam esse dicendi, ut & cætera miracula, quæ in sacra scriptura ubique fere inveniuntur, sæpiissime præcipua locorum constituere momenta. Quomodo autem hæc omnia, nisi secundum literam interpretari volumus?

Hac Occasione TANTUM.



à L'AUTEUR

MONSIEUR

Après avoir cherché depuis longtems des occasions de pouvoir
vous convaincre de l'attachement respectueux que j'ai
et aurai toujours pour Votre illustre famille, la fortune à
la fin m'en présente aujourd'hui une des plus favorables & en
particulier des plus agréables, en vous voyant, MONSIEUR,
sur le point d'être couronné de lauriers, tant par Votre pro-
fonde connoissance des sciences, que par vos travaux assu-
dus, & vos veilles continues.

Je vous prie donc, MONSIEUR, d'agréer les cour-
tes lignes, quoique simples, que j'ai l'honneur d'insérer dans
le savant traité, que vous allez donner au public, & de
les regarder comme une des moindres marques de mes obli-
gations & de ma reconnaissance pour tous les bienfaits reçus
de votre illustre & honorable maison. Faites moi la grâce
d'en être bien persuadé, & croyez, que je suis & serai tant
que je vivrai

Votre très humble & très
obéissant Serviteur

PIERRE RENAUT.

MONSIEUR.

L' Amitié reciproque qui nous unit, ne me permet pas,
de négliger une occasion, aussi favorable que la présente
pour vous offrir un hommage, dû à l'érudition, dont vous
allez publiquement donner des preuves très éclatantes. Un
autre prétendra peut être que dans un âge aussi peu avancé
que le vôtre, on ne se seroit jamais hasardé de traiter avec
succès d'une matière qui n'a déjà que trop, occupé les
hommes les plus savants: Mais vous me permettrez, Monsieur,
de vous dire, que vous n'avez qu'à suivre les traces
de feu Monsieur l'Évêque votre très digne Père, qui par l'
étendue d'un génie supérieur & un profond savoir s'est
justement acquis une gloire immortelle, & que vous
cueillerez des lauriers qui ne flétriront jamais. Vous pou-
vez même être persuadé, Monsieur, que personne au mon-
de ne sauroit prendre plus de part à l'honneur que vous allez
remporter que moi, & que vous vous acquerrez une estime
& une approbation Générale. Je suis avec un attachement
parfait

MONSIEUR

VOTRE

TOUVELLE RUE

Très humble Serviteur
GEORGE GUILLAUME DE LODÈ.